avis Lubicensis. Item dominus Nicolaus prior
domus Montelli. Item dominus Johannes
de Blasua monachus domus prope Leodium.
Item frater Pantalus conversus domus Friburgi.
Item Stephanus Rosseti de Cambriaco. Domi-
nus Berongarius Mercader miles. Frater Jaco-
bus Bogumarius conversus senior domus Friburgi.
Dominus Henricus de Cliforde. Dominus Theo-
dorus Poelsman professor domus Monachorum.

B^{to} VIII^{to} kalen. Obiit dominus Johannes Franciscus 24

das. prior domus prope Venetias. Item anni-
versarium parentum necessarialiorum pro qui-
bus desideravit confratris nostri domini Ludovici
Moser de Turego fundatoris celle H., cuius beneficium
etiam alia habentur alibi. Quater quoque in mensis
officio participationem habentur. Item
dominus Desiderius Cardoti monachus cartusie
maioris. Item domina Margareta ducissa Holtza-
rie.

Aprilis =

25 *C* VIII Kalen. Marci evangeliste. Capitulum non con-
das. versis
Setanie maiores.

26 *D* VII Kalen. Obis dominus Petrus prior Vallonis.
das.

27 *E* V Kalen.
das.

Circa festum sancti Marci evangeliste imponi-
tur bicennarium pro domino Amblando episcopo
Maurianensi, in quo prima collecta dicatur In-
clina in plurali cum ceteris consuetis prout in no-
vis statutis primo partis capitulo 4^o. Non celebra-
tes dicant psalmos quinquaginta, tunc vero 46 vici-
bus paternoster et totidem Ave maria.

-lis

F IV Kalen. Vitalis martyris.

28

das Frater Melchior de Argentina conversus huius
 eius domus; *) Dominus Michael Dengeli
 monachus professor domus Portemontis.

*) durchgestrichen.

G III Kalen. Petri martyris.

29

das. Obiit Dominus Ludovicus dux Le.
 genit. fundator domus ibidem. Item reverendus
 pater dominus Libertus Rothart abbas sancti
 Jacobi prope Maguntiam ordinis sancti Benedicti.
 Dominus Dionisius Stephani. Frater Melchior de
 Argentina conversus huius domus. Henricus Pe.
 luti donatus domus Petri Castru.

A II Kalen. Katherine virginis. *)

Missa. *)

30

das. Obiit dominus Johannes Felcis curarius
 monialium Frati mollis. Item domi.
 nus Hugo monachus professor domus Porte mon.
 tis. Item magnificus dominus Petrus de Bayart
 miles locum tenens Delphinalis.

*) durchgestrichen.

Officium
mensis.

Ma.

- 1 B Kalendis Philippi et Jacobi apostolorum. Capitulum
Maui. Anniversarium Constanmanni Weteringer et Mar-
garete Liestalin parentum domini Leonhardi confratris no-
stri una cum suis associatis, quorum beneficia alibi scrip-
ta habentur. Item dominus Henricus Ottersen mo-
nachus domus Amsterdani. Item dominus Johannes
Oest monachus domus Stettin. Item anniversarium
Henrici Schampere cum suis parentibus patre sorore et
progenitoribus suis. Item dominus Egidius vicarius
Cartusie. Item nobilis et generosa domina Radegunda
Gasser brotten magna benefactrix domus cartusie et
Aule Marie in Russia. Item anniversarium domi-
ci Appollinaris Schorpp de Freidemberg, et uxoris eius fra-
tisque illius domicelli Johannis Schorpp, qui habent
participationem in officio mensis cum fundatione uni-
us pitantie in dicto anniversario. Item dominus
Petrus de Yrais.
- 2 C II Nonas. Obiit reverendus pater dominus Franciscus
episcopus Vannensis. Dominus Georgius Bernoldt
doctor decretorum et canonicus maioris ecclesie Basilien-
sis. Domicellus Otto Fwycker magnus benefactor domus
Russia.
- 3 D V Nonas Alexandri Euerthi et Theodoli martyrum. ^{III lectio}
Inventio crucis. Missa. Commemoratio.
Obiit honesta matrona Terena gem Hougst magna bene-
factrix domus. Item Greda eiusdem in consodalis. Item
Bela Oswalden cum suis. Item dominus Hartmannus
presbyter ordinis magnus benefactor. Item dominus Ma-
theus de Crisovia doctor in medicina. Item dominus
Petrus de Meroede canonicus ecclesie sancti Severini Colo-
niensis singularis benefactor domus nostre cum associa-
tione suorum parentum et aliorum pro quibus desidera-
vit. Item domina Clara Gütleryn. Item Enschina Cr-
notterin a villa Suly. Item dominus Theodricus Johan-
nis.

Linea dominicam quartam post Pascha, qua cantatur laetate, imponitur officium
capituli generalis et dicitur agenda in conventu cum missa, que dicitur in priora vel
subsequentiore cum officium est sicut officium mensis et singuli sacerdotes singulis
reddunt missas, non celebrantes dicunt psalterium unum, fratres laici CCCXXX
vilius pater noster et totidem Ave maria prout in statutis in prima parte capi-
tuli XL octavo continetur. Item observari missas tres in conventu celebrandas tempore capi-
tuli generalis.

jus.

E IV Nonas, Obiit domina Loberich Amelia. 4

F III Nonas, Obiit dominus Robertus Letic prior domus 5
Montisgracie. Item Richardus Petrant.
Item Henricus Bockman de Basilea per
plures annos pastor domus nostre. Dominus
Martinus Gifflinger, sacerdos monachus pro-
fessus domus Friburgi. Reverendus in Chri-
sto pater Berchtoldus episcopus Fildensinen-
sis.

G II Nonas Catherine de Senis virginis. Missa 6

Anniversarium sancti monialium Lucide Vallis
ordinis Cisterciensis prope Niderbaderi fiat circa
principium mensis Maii cum collecta Quiescentium
in plurali in secundo loco post collectam anniver-
sarii secundum tenorem littere conventus eis con-
cessum.

Mca =

4 A None.

8 B VIII Idus. Obiit dominus Johannes Livisii
 fundator domus Helandic. Item domi-
 nus Johannes Fessler prior Maguntina. Item do-
 minus Gerardus prior in Doyst. Item dominus
 Burkardus Mönch de Santzkroen miles et pro quibus
 desideravit. Item domina Anna Sybentalyn cum
 maritis. Item dominus Johannes Struberg prior
 in Guinowe. Item dominus Nicolaus Clobeloch
 monachus domus Argentiniensis. Item dominus
 Johannes Brun. Dominus Jacobus de Columbaria
 monachus professor sacerdos domus Argentiniensis.

9 C VIII Idus. Obiit reverendissimus in Christo pater do-
 minus Nicolaus cardinalis sancte Crucis or-
 dinis nostri domus nostrae singularis benefactor. Item
 pater Johannes de Brinnat conversus domus Argenti-
 nine. Dominus Benedictus Ryfser monachus pro-
 fessor senior domus Porte mortis. Item venerabilis
 pater dominus Gregorius Reysch prior domus Sancti
 Johannis baptiste prope Triburgum et visitator provin-
 cie Rheni.

= ius.

A VI Idus Gordiani et Epymachi martyrum. 10
 Obiit dominus Martinus professor et prior
 domus Hassie ac visitator Germanie in-
 ferioris.

E V Idus Obiit dominus Petrus Bruum vicarius 11
 domus Petricastri.

F IV Idus Nerei et Achillei atque Pancracii mar- 12
 tyrum.

Obiit dominus Eugenius Mosseron mona-
 chus domus Cartusie. Item dominus Martinus
 Lichstenstein repositus Bambergensis. Item an-
 niversarium domicelli Petri maron de Andelo
 et Angelina uxoris sue et aliorum pro quibus desi-
 deraverunt. Item obiit dominus Johannes de
 Spira vicarius domus Friburgensis. Item frater
 Michael Hoffmann donatus domus huius novicius.
 Item dominus Arnoldus de Curia prior Wesalie.
 Et dominus Theodricus de Monachusen. Item do-
 minus Michael Arnigo. Item illustris dominus
 Thomasus Thwartis miles.

Mca =

- 13 *G* III Idus. Obierunt dominus Petrus Tager monachus domus Cartusie. Item Symon de Kijs de confluentia. Item Johannes Mauerbe sacrista Cartusie maioris.
- 14 *A* II Idus. Obiit dominus Jacobus Tacs mercator. Item frater Berchtoldus Schweyger conversus domus Argentinerensis. Frater Johannes de Louffen conversus senior domus huius et triginta quatuor annis coquinarius.
- 15 *B* Idus. Obiit dominus Blasius Belloni vicarius domus Cartusie. Dominus Anthonius Keins monachus professor Brigis. Dominus Mathias prior domus Maurbacensis, qui alias fuit prior in Jennico et in Sutz et multis annis visitator principalis provincie Almannie superioris. Reverendus in Christo pater dominus Franciscus Erüer Gernigmatensis episcopus magnus perceptor domus Ville franche. Nobilis Guido Leprouast.

= ius

L XVIII Kalen:
das
Junii.

16

D XVII Kalen. Obit dominus Perengner
das.

17

D XV Kalen.
das.

18

Mae.

14 F XIV Kalen. Obiit honorabilis vir dominus Adolphus
 das Brouwer magister civium et redditarius
 civitatis Coloniensis et domina Agnes conthoralis
 eius parentes domini Adolphi prioris domus huius,
 quibus et omnibus suis concessum est anniversari-
 um perpetue peragendum in domo ista etc. Item
 dominus Leonhardus prior in Maubach. Item do-
 minus Michael prior Allionis. Item dominus Wil-
 helmus monachus domus Kurenberge. Item domi-
 nus Wilhelmus Synonis abbas Egmondensis. Item
 dominus Hermannus prior Stettinensis. Item
 dominus Johannes Ladder monachus domus Ter-
 plicbarie. Item dominus Franciscus Berengarii.
 Item dominus Henricus Röttingen monachus
 domus Porta mortis.

20 G XIII Kalen. Obiit domina de Turribus prope Yspalim
 das Item frater Johannes Walderstorff conver-
 sus domus Argentine. Dominus Antho-
 nius Burkardi prior domus Petri castri
 visitator provincie Burgundie.

21 A XII Kalen. Obiit dominus Andreas sacrista maioris
 das. Cartusie. Item anniversarium Re-
 migii Vesch muratoris nostri qui chorum
 nostrum testudinavit et pro quibus deside-
 ravit.

= iis.

B XI Kalen. Obiit dominus Dionisius Griether archi- 22
 das. diaconus Morinensis. Item dominus Gaud-
 winus de Capella. Item dominus Johannes Perrini
 prior Maioreni. Dominus Martinus Stöcklin
 senior professor huius domus plebanus ² annis procurator. f. 181 b

C X Kalen. Obierunt dominus de Gaebeck et frater eius 23
 das. fundatores domus Kove Lucide prope Tra-
 iectum. Item dominus Johannes Schalz. Item
 dominus Saluus. Item dominus Nicolaus Ste-
 phani monachus Argentoratis. Item dominus Pe-
 trus Eselweck de Bayurtha monachus domus
 Treuerensis domus nostre in iure sue fundatio-
 nis quondam procurator. Item dominus Johannes
 Masse prebendarius sacerdos domus Friburgi do-
 mus nostre benefactor. Domina Afra Smaltzhäffin
 de Ulma. Item dominus Thomas de Labaro. Do-
 minus Georgius Damboyse cardinalis Rothorna-
 gensis presbyter apostolice sedis legatus magnus
 quator ordinis.

D IX Kalen. Obiit dominus Philippus Rorelli prior. 24
 das. domus Repraesentorensis. Item domi-
 nus Johannes Eubrich monachus professor do-
 mus Friburgi. Item frater Daniel conversus domus
 Snals. Item dominus Iacobus Ballati. Nobilis
 domina Elizabeth de Richebois obiit.

Circa angariam quatuor temporum Penthecostes anni anni-
 versariis occurrentibus participationem habet domicellus
 Thomas Lechkebürlin qui fundavit pitantiam circa idem
 tempus conventui ministrandam. Similiter cum eisdem
 anniversariis occurrentibus eadem angaria octo diebus ante
 vel post indifferenter celebratur anniversarium domicelli
 Jacobi Nagel von der alten Schönstein balni in Pottelen et
 domine Margarethe Lechkebürlin et pro quibus desideravimus.
 Unde etiam una specialis pitantia circa hanc angariam con-
 ventui ministrandam fundata est. sic patet supra in angaria
 quadragesimali.

Similiter occurrunt anniversarium domine Marie Lechkebürlin conthorali quondam do-
 micelli Eborandi de Brunne que fuit singularis benefactrix ac altera fundatrix domus
 huius merito nominata, que etiam pitantiam fundavit sub hoc tempore conventui
 ministrandam.

Mia =

25 E VIII Kalen. Urbani pape et martyris.
 das. Dominicus Conradus Cörlin de Tracht se.
 mor professor domus huius.

26 F VII Kalen.
 das.

27 G VI Kalen.
 das.

-ius

A V Kalen. Obiit frater Benedictus Pistor conversus do- 28
 das. mus Porte montis. Frater Petrus conversus
 domus Argentinerensis.

B IV Kalen. 29
 das.

C III Kalen. 30
 das.

D II Kalen. Obiit dominus Johannes de Uina prior 31
 das. Porte montis et Freiburg etc. Item frater
 Trutwinus conversus domorum Freiburg
 et Bonilipidis. Item frater Johannes Tutor
 conversus domorum Argentinerensis et Fri-
 burgensis et Legenitz. Item dominus Clar-
 dus de Sancto Thoma monachus domus
 prope Augiam. Item dominus Rey-
 marus Tschol monachus domus prope
 Stettin. Item Jacobus Thurey. Item
 dominus Hermannus Yliges vicarius do-
 mus Gracie Dei prope Stettin. Item do-
 mina Adalheidis Waltenheimi nate de
 Souffer magna benefactrix nostra. Et do-
 minus Blasius visitator Lombardie.
 Item frater Nicolaus conversus domus Ar-
 gentine. Item dominus Johannes Blau-
 che monachus cartusie. Nobilis Nicolaus
 Chiffi fundator quinque cellarum in domo
 compassionis. Item dominus Thomas
 Swacimbierch canonicus etc.

Officium
mensis.

Junii.

1. *E. Galen.* Obiit dominus Carolus Colmünd prior
dis. domus Antverpiae. Dominicus Verberus
Junii de Richemont monachus professor domus
Sylburgi eiusdem domus quondam prior;

2. *F. II Nonas* Marcellini et Petri martyrum. Missa.

3. *G. III Nonas.*

Anniversarium Sanctimonialium Anglice Porte
in Gebviter fiat circa principium mensis Junii
cum collecta Quasimus in plurali in secundo loco
post collectam anniversarii more ordinis.

= 110

A II Nonas. Frater Galliacus conversus professor domus 4
 Ferrarie. Item honesta domina Ursula
 Dischmaderin, cui associamus maritum eius
 magistrum Theobaldum vulgare Heister Diebolt
 Rammingen cum progenitoribus eorumdem.

B Nonas. Obierunt dominus Marguardus Hen. 5
 del fundator domus Muerberge. Item
 obitus plurimum. Item dominus Salus de
 Carro. Item dominus Martinus rex Aragonum.
 Item dominus Carolus cardinalis sancti Georgii.
 Item dominus Martinus prior prope Gernach. Et
 item frater Johannes flammengisser donatus huius
 domus. Item dominus Adolphus de Assindia prior
 domus prope Treuerim. Item frater Petrus Sartor
 donatus domorum huius et Friburgensis. Item fra-
 ter Brandanus conversus domus Hildesemensis.
 Item dominus Arnoldus de Monte Sancte Gertra-
 dis. Item frater Bernardus conversus domus Ar-
 gentinensis. Item dominus Henricus Arnoldi
 de Aluedia prior huius domus triginta annis.
 Dominus Sictus prior domus in Maubacho.

C VIII Idus. Obierunt venerabilis pater dominus 6
 Wynradus primus prior domus huius et
 antea Treuerensis atque Argentinensis. Item do-
 minus Hermannus Clinic prior Brugensis. Item
 dominus Bertuennus monachus Colonic. Item do-
 minus Florianus prior Hollandie. Item dominus
 Johannes monachus cartusie. Item dominus Theo-
 dencus prior Argentine. Item dominus Ludovicus
 monachus Argentinensis. Item frater Johannes
 Serius redditus Argentinensis. Item dominus
 Balthasar comes Thuringie. Item dominus
 Desiderius prior in pluribus domibus.

Juni =

7 (D) VII Idus . Obiit Petrus Meysner secundus fundator
domus Sancti Laurentii in Yttingen et ma-
gnus benefactor domorum Germanie Superioris .
Item dominus Guillelmus monachus et vica-
rius domus Prugis .

8 E VII Idus . Obiit nobilis domina Maria Stüngerford .

9 F V Idus . Primi et Feliciani martyrum .
Obiit dominus Philippus dux Burgundie .
Item magister Georgius Rustet de Rouff-
bieren curialis . Item anniversarium
Heinrici von Purnm et Else uxoris eius .
parentum Morandi von Purnm . Reveren-
dus in Christo pater dominus Ludovicus Mer-
cader episcopus Pertusensis ordinis nostri
cartusie .

=ms.

G IV Idus.

10

A III Idus. Barnabe apostoli. XII lectionum. 11

Obiit domina Margurita Rufeldensis.
 Egregius dominus Bernhardus Cügliniarci-
 us et decretorum doctor canonicus maioris
 ecclesie Basiliensis et eiusdem curie officia-
 ris, cui dedit sumptus pro edificatione refecto-
 ri nostri pro quo habet participationem in
 officio mensis quater in anno prout in li-
 bro benefactorum laicius habetur.

B II Idus. Basilidis, Cirini et Kaboris mar- 12
 tyrum.

Iulii =

13 C Idus .

14 D XVIII Kalen-
das
Iulii.

15 E XVII Kalen. Obierunt dominus Johannes prior London-
das. marum. Item dominus Alfonso patri-
archa Constantinopolitanus. Item domina
Katherina de Gaunylet cuiusdam parentibus. Item
dominus Johannes Moniche episcopus Leuonanensis
qui consecrauit cimiterium maius. Item Petrus
Dommer civis Argentinerensis. Item dominus
Johannes Ulmer clericus redditus Triburgi. Item
Conradus Hurre de Gynsteyn. Item dominus Jo-
hannes Bressonis. Item domina Johannetta de
Tassellis. Item Theodericus Hölner cum suis
qui semper fuit singularissimus noster amicus et
factor et in omnibus promotor. Item Elsa de
Constancia famula plebani nostri in Lieta. Item
dominus Guillelmus Galandeti prior domus Boni-
passus. Item dominus Johannes Petri prior Leric-
zee. Item Hans Herweg provisor hospitalis exeu-
lunni in Basileamiori. Item dominus Johan-
nes Teroni. Dominus Bernardinus de Margari-
tis prebendarius domus Tallispisei et magnus be-
nefactor eiusdem.

F XVII Kalen. Cyrilli et Julite martyrum. 16
 das. Obierunt Bartholomaeus prior domus Rure-
 mundensis. Item illustrissimus princeps
 dominus Jacobus de Sabaudia. Frater
 Jacobus de Nova terra professor domus pro-
 pe Diest.

G XV Kalen. Obiit dominus Thomas miles et camerari- 17
 das us regis Anglie.

C XVI Kalen. Marci et Marcelliani martyrum. 18
 das. Obierunt dominus Johannes Farcbont
 prior sancti Ludovici. Item dominus
 Guillelmus de Mota prior cartusie. Item domi-
 nus Bernardus comes de Tirsteyn cum domino
 Johanne fratre eius necnon uxoribus filiis ac paren-
 tibus eorum. Item dominus Johannes Uberg mo-
 nachus sacerdos domus Argentine. Item domi-
 nus Henricus Creyt monachus prope Brugis. I-
 tem dominus Cristoferus de Orto Cartusie maioris
 monachus. Item dominus Johannes de Montagni-
 acco prebendarius domus Valliobenedictionis. Item
 dominus Johannes Federangel fundator domus
 Transfigurationis Jesu Christi. Item dominus
 Harolus miles.

Suni.

19 B XIII Kalen. Gervasii et Prothasii martyrum. Missa.
das.

20 C XII Kalen. Obiit domina Cecilia duissa Eboraci.
das.

21 D XI Kalen. Obiit dominus Philippinus prior Sapien-
das. sis. Item dominus Johannes de Osen-
brugge monachus domus Colonic. Item
dominus Ignor Pöttel civis Viennensis.
Dominus Marcus Appaceller monachus
professus domus Forte montis. Item Nico-
laus de Lindorv dyaconus professus Ar-
gentine.

= us.

E X Kalen. Obiit dominus Celinus monachus ma- 22
 das, oris Cartusie. Item dominus Henricus
 Abandon.

F IX Kalen. Obiit dominus Philippus Maria dux Me. 23
 das, dilaui fundator domus Sapie. Item annu-
 versarium domini Hartmanni Waghener
 plebani in Lorrach cum suis parentibus fratribus et
 sororibus ac ceteris pro quibus desideravit, obiit per-
 ultima Aprilis, sed hic elegit. Item dominus Jo-
 hannes Miro vicarius domus Scale Dei. Item
 dominus Detmarus conversus domus in Gronawe.
 Item dominus Johannes Donsot professor domus
 Santaneti prope Beluam qui fuit prior domus in
 Basse ville et Vallis cluse.

G VIII Kalen. Nativitas beatissimi Johannis bap-
 das. tiste. Candelarum. Sermo. 24
 Obiit dominus Emarus Sarcelli procura-
 tor domus Cartusie maioris. Item dominus Cr-
 noldus Piels monachus domus Capelle Marie.
 Item dominus Ladislaus comes de Palotz. Item
 anniversarium domine Magdalene de Flecken-
 stein cum suis maritis filiis et progenitoribus atque
 amicis. Item reverendus pater archiepiscopus
 Bituricensis. Item dominus Johannes von
 Querhoff. Item dominus Robertus Craick.

S.

- 25 A VIII Kalen. Dominus Jacobus Louber quondam
das. nostre et Ruzie domorum prior.
- 26 B II Kalen. Johannis et Pauli martyrum. XII lectio
das. Obiit magister Johannes de Anglia. Do-
minus Balthasar de Serrhur capellanus ma-
ioris ecclesie Basiliensis singularis nostre domus
benefactor, cuius beneficia alibi habentur in libro
benefactorum.
- 27 C V Kalen. Obiit dominus Bertrandus Nicolai
das. mercator et civis Birschinonensis. Item
Vella Stiffers et soror eius benefactricis ordinis.
Item dominus Johannes Cirilli prior fontis. Item
dominus Johannes Wegensteter civis Basiliensis.
Item Johannes Wegensteter filius eiusdem magnus
benefactor domus. Item dominus Fredericus
Kusting redditus domus Fontis Marie. Item domi-
nus Jacobus Garrini prior domus Torrerii. Con-
versarium domine Else Schillingin et suorum
Dominus Conradus Fryderi monachus sacerdos
professus domus Fryburgi.

= nius

D ^{III} Kalen. Leonis pape. ^{III} lectionum. commemoratio.
 das. eius martirum. Abstinencia. Missa
 28.

E ^{III} Kalen. Petri et Pauli apostolorum. Candelarum. 29
 das. Obis. soror Joanna Capete monialis pro-
 fessa et celleraria domus montis Sancte
 Marie in Gognay.

F ^{II} Kalen. Commemoratio Sancti Pauli apostoli. 30.
 das. ^{XII} lectionum.

Officium
mensis.

Julii =

1. *G.* Kalende Octava Sancti Johannis baptiste. Missa. Abstinentia.
Julii.

Obiit dominus Anthonius Cathalani monachus Cartusie maioris. Item magister Igrenarius et Leyno pater eius. Item reverendus pater dominus Johannes Tamboyse episcopus Albiensis. Dominus Jacobus de Offenbourg monachus sacerdos professor domus Fryburgi. Dominus Johannes de Fadilla prior domus de Coiis qui alias fuit prior domorum de Ariago de Pailari et de Casaille et multis annis visitator provincie Castelle. Frater Antonius Gaide conversus senior professor Cartusie. Dominus Andreas vicarius domus Fryburgi.

2. *C. VII.* Nonas. Visitatio Marie virginis. Candellarum. Processi et Martiniani martyrum commemoratio.
Obiit dominus Alfonsus rex Cragorum. Item dominus Augustinus procurator domus Papie.

3. *B. V.* Nonas. Obiit reverendus pater dominus Thomas episcopus Bathoniensis.*) Item reverendus pater dominus Conradus episcopus Hauebergensis.*) Obiit Johannes Thumer civis Nurenbergensis.

* durchgestrichen.

= us.

Q IV Nonas. Obierunt dominus Fredericus comes Cilic. 4
 magnus capituli generalis benefactor. Item
 dominus Petrus Affan pates Castellæ. Item reveren-
 dus pater dominus Martinus episcopus Petinensis.
 Item dominus Johannes Cleator monachus domus
 Tribuzi. Item reverendus pater dominus Conradus
 episcopus Havelbergensis. Item dominus Antonius
 prior domus Argentinerensis. Item reverendus pater do-
 minus dominus Angelus cardinalis Sancte crucis pro-
 tector ordinis nostri. Item frater Jacobus Archet con-
 versus professor domus carthuse. Dominus Guido
 Ballet. Item pater Johannes Amagoris. Item do-
 minus Johannes de Tham monachus professor sacrorum
 in Triburgo.

D III Nonas.

5

E II Nonas. Octava Petri et Pauli apostolorum. Missa. 6
 Obierunt dominus Guido monachus domus
 Corcerii. Item dominus Franciscus Sandei Ne-
 netus. Item dominus P. Disuys monachus car-
 tusie. Item universarium fratrum domus Co-
 lonie. Item dominus Albertus Buer prior huius
 domus et in pluribus domibus. Item Putgerus
 Hotho amicus domus. Obiit dominus Ludovicus
 de Roma prothrotarius domini apostolici. Item
 dominus Henricus Collart pastor Nouemagensis no-
 biliarum sepultus. Item dominus Agnes von Flotter
 dicta de Seibeyn. Item dominus Wynandus mo-
 nachus Argentine. Item Ludetia Northem sartor
 de Sasconia. Item Henrich Sager Sittenreger
 cum Agnete uxore sua et aliis pro quibus desidera-
 verunt. Item magister Petrus Ansumar.

Juli.

4 F None

8 G VIII Idus. Obiit dominus Reynhardus de Heringen
 Thuringus domus huius monachus. Obiit
 dominus Wilhelmus Diliken cappellanus
 ecclesie Basiliensis una cum suis. Item
 dominus Guillelmus visitator provincie
 provincie.

9 A VIII Idus. Octava visitationis Marie. XII lectionum

B VII Idus. Septem fratrum martyrum. 10
 Obiit dominus Johannes de Empagris
 procurator domus Vallis benedictionis.
 Dominus Johannes de Columbaria mo-
 nachus professor domus Herbipolis et Peti.
 Christi.

C V Idus. 11

D IV Idus. Obiit Philibertus prior domus Fontane. 12
 ti. Soror Margareta in Splancques moni-
 alio professa domus Montis sancte Marie
 prope Bethuriam. Dominus Hermannus
 de Bercka magnus benefactor do-
 mus sancti Martini prope Campis. Do-
 minus Sampson Innocent monachus
 Vallis viridis prope Parisius. Dominus
 Rupertus vicarius Argentine.

Juli =

13 C III Idus. Reliquiarum beate Margarete.
Capitulum non conversis.

Obit dominus Johannes de Fordern mo-
nachus domus Fordordie. Obit frater
Johannes Sutoris conversus Friburgi.

14 F II Idus Obit dominus Sigismundus prior in
Gemico.

15 G Idus Solemnitas beate Margharete virgi-
nis et martyris. Candelarum.

Anniversarium domine Gredanne de Eptingen
alias dicte zum Schiff singularissime nostre ma-
tris, et benefactricis, necnon maritorum suorum
parentum et liberorum omniumque pro quibus de-
sideravit. Item anniversarium domine Else von
Louffen sororis eiusdem domine de Eptingen necnon
mariti sui Johans von Basel eorum parentum et
liberorum. Item obit dominus Martinus procura-
tor domus Fortemontis. Item obit Margareta Mo-
ryre antiqua. Item Lambertus Moller monachus
domus Rozstok. Item frater Johannes de Yumen-
husen monachus domus Argentinensis. Item obit
domina Elsbet zum Schiff soror sancte Clare sin-
gularis benefactrix nostra et filia predictae Gredanne,
que cum matre et ceteris cognatis participationem
officii mensis habet. Item anniversarium domi-
ni Ludovici de Eptingen militis cum suis.

-ms.

A XVII Kalen. Dominus Ludovicus monachus professor
 clas huius domus et quondam prior domus
 Augusti sancti Laurentii in Ytingen. 16
 +

B XVII Kalen. Obiit reverendus pater dominus Gerardus 17
 clas episcopus Eustrensis confessor regis Francie
 Magister Johannes Heuspler benefactor
 domus Fryburgi.

C XV Kalen. Obiit dominus Franciscus dux Britan. 18
 clas nie fundator domus prope Carnetas. St.
 terr Udalricus Louber de Lindov. Item
 frater Melchior conversus domus Argenti-
 ne.

Juli =

19 D XIV Kalen. Obiit dominus Stephanus de Gardiano.
 das Item frater Martinus conventus domus
 Friburgi.

20 E XIII Kalen. Commemoratio beate Margarete. XIII lectio. ^{num.}
 das Obiit reverendus pater dominus Goswinus
 episcopus Scalotensis in Norvegia, qui fuit
 nostri ordinis professor. Item dominus Antonius
 de Cremona monachus domus prope Mediolanum.
 Item Mechildis relicta Symonis Johannis. Item
 dominus Conradus Castell monachus domus Cogen-
 tincensis. Item Margareta uxor Andree Graciono-
 politani. Item dominus Johannes Tielli mona-
 chus professor domus Vallis benedictionis. Item
 Leouianam cognomento de Lombocert et Margaretha
 uxor eius magni benefactores domorum Campensis
 Oelfensis et Louuiciensis. Dominus Salobus
 Aragonensis prior domorum Stephani et Ranno-
 nis. Item dominus Hieronymus Nouaciensis
 prior domus Farnie.

21 F XII Kalen. Præcedis virginis.
 das Obiit Laurentius Plumenow et Edel-
 heidis uxor eius cum suis fratribus et liber-
 is utriusque sexus. Item dominus Jo-
 hannes Summerschir monachus Argenti-
 ne. Item.

Juli =

25 *C* VIII Kalen. Jacobi apostoli. Capitulum.
 das. Christophori martyris. Commemoratio.
 Obiit dominus Johannes prior domus de
 Witham. Item anniversarium domi-
 ne Magdalene Surlinim et pro quibus de-
 sideravit.

26 *D* VIII Kalen. Anne matris virginis Marie. Missa.
 das. Obiit dominus Paulus papa II. Item reve-
 rendus pater dominus Johannes de Novi-
 magentio prior cartusie maioris. Item do-
 minus Guillelmus canonicus de Charro.
 Item sanctissimus pater dominus Inno-
 centius papa octavus. Serenissima domina
 Claudia regina Francie.

27 *E* VII Kalen.
 das.

=ms.

F. V. Kalen. Nazarii, Celsi et Panthaleonis martyrum. 28
 das. Obiit dominus Georgius de Herren =
 berche monachus cartusie. Item dominus
 Johannes de Atrebatu prior Capelle. Item
 domicellus Lutzelinus de Ebringen Basi-
 liensis. Item dominus Johannes Fassert
 prior regularis Traiectensis. Item domi-
 nus Rurhardus Rungen procurator do-
 minus Frankford. Dominus Johanne-
 nes Negviler redditus Argentiniensis. Fra-
 ter Adrianus conversus professor domus
 Antwerpie.

G. IV. Kalen. Felicis martyris. Simplicii Faustinae 29
 das. et Beaticis martyrum.
 Dominus Raymondus Perengarii. S.
 tem domicella Joanna Andree benefac-
 tice domus Vallis Christi.

A. III. Kalen. Adon et Sennes martyrum. 30
 das. Obiit dominus Johannes Gauntereti vi-
 carius cartusien maioris. Item frater
 Petrus redditus domus Brugensis. S.
 tem dominus Raymondus Eduardi
 monachus domus Cartusie.

B. II. Kalen. Germani episcopi et confessoris. 31
 das. Obiit Guillelmus Ferroni prior domus
 Bonipassus. Item magister Arnoldus
 de Wyners. Item dominus Wilhelmus
 Londoniarum.

1 *C* Kalende Ad Vincula Petri. XII lectio numerum.
Augusti. Obierunt honorabilis vir dominicellus Pius.
Kardus Tyboll filius fundatoris notabilis
benefactor domus huius. Item dominus
Iohannes de Brussellis sacrista domus Tri-
burgi. Item soror Guillelmeta monialis
de Tolensis. Item dominus Benedictus
prior sancti Bartholomei de Trisulto.
Item dominus Wilhelmus de Heidelbergea
monachus huius domus. Item domina
Katherina Garniere fundatrix domus
Villae francie Rutenensis.

2 *D* IV Nonas. Stephani pape et martyris.

3 *E* III Nonas. Inuentio sancti Stephani protomartyris. Missa.
Obierunt prior et procurator ordinis.
Item dominus Petrus Leopardi mona-
chus cartusie. Item dominus Hugo vi-
carius Tortus Marie. Item dominus
Stephanus prior in Seytz. Item domi-
nus Raymondus Fabri monachus car-
tusie. Item dominus Henricus de Sur-
dis monachus cartusie. Item dominus
Petrus monachus in Seytz generalis pro-
curator ordinis. Item dominus Jacobus
res Scotie fundator domus in Scotia.
Dominus Ambrosius Alantsee prior
domus Artichristi et quondam vicarius
et professor huius domus.

In primo anniversario occurrente ante vel post princi-
pium mensis Augusti in 2^o loco imponatur collecta
quesumus in plurali pro Clarissis in minori Basilea.

stus.

F II Nonas. Obiit dominus Conradus Buer de Selegen. 4
 stat sacrista huius domus., cui associamus pa-
 rentes eius et pro quibus desideravit. Obiit
 dominus Martinus Gurtler monachus profes-
 sus domus Argentinerensis.

G Nonae Dominici confessoris. 5
 Obiit dominus Petrus Lembley monachus Ar-
 genterensis. Item domina Amelia von Berenfels
 nata von Heülinen cum suis, qui etiam participant
 cum quatuor anniversariis circa angarias prout latus
 in libro beneficiorum habetur. Item anniversarium
 domine Marie Tschegkenbürlin et domus Jacobi
 Schorpp mariti eius ac liberorum suorum.

A VIII Idus. Sixti pape et martyris. Felicissimi 6
 et Agapiti martyrum. Missa.
 Obiit dominus Guillelmus prior domus sancti Lu-
 dovici. Item dominus Mathias Furstenorve mo-
 nachus domus Triczie. Item dominus Johan-
 nes Apotecarii professor Friburgensis et in Pütelen.
 Item dominus Calixtus papa III. Item dominus
 Henricus Crooy prior domus prope Arnhem in
 Gylia. Item dominus Wilhelmus de Gysel mona-
 chus domus prope Augiam. Item venerandus pater
 magister Claudius Polini doctor theologie ordinis
 predicatorum. Item nobilis vir Theodoricus de La-
 hamede magnus benefactor et fundator unius celle in
 domo Tornaci.

Cruce =

f B VII Idus.

8 C VII Idus. Cyriaci et sociorum eius martyrum.
 Placent dominus Bonifacius prior
 Montis Merule. Item dominus Johanni-
 nes borderii. Item dominus Nicolaus
 Berger prior prope Dansick. Item domi-
 na Magdalena uxor domini Symonis For-
 tel civis Wiennensis. Item dominus Fran-
 cisus monachus domus in Trugia. Item
 Mechtildis uxor quondam Johannis Groten-
 de in Alen. Domina regina de Geminich.
 Item frater Nicolaus conversus domus Tri-
 burge.

9 D V Idus.

= stus.

E IV Idus. Laurentii martyris. Capitulum. 10

Obiit domina Johanna regina Svecie fundatrix domus Vallis Virtutis in Svecia. Item Henricus Voss de Frankfordia curruatore et fratre benefactor domus nostre. Item Anniversarium domini Johannis Sesenhem plebani in hospitali leprosorum in Argentina cum parentibus et pro quibus desideravit. Dominus Simon monachus professor domus doctus Niremberge.

F III Idus. Tiburcii martyris. 11

Obiit dominus Fredericus Distler. Item dominus Wilhelmus de Rupesforti cancellarius Francie. Dominus Simon monachus professor domus Niremberge.

G II Idus. Obierunt dominus Henricus de Hassia 12

prior domus Monachusen prope Arnhem. Item dominus Rolandus prior Colonie. Item dominus Matheus de Turquis. Item domina Margareta zorn Wolff cum suis. Item domina Elizabeth ducissa Bavarie.

13 *C. Idus. Ypoliti martyris.*

Obiit dominus Henricus prior Lupelle. Item dominus Hugo de Turre. Item frater Christianus conversus domus Fontiniani. Item dominus Stephanus prior in Seytz. Item dominus Herimannus de Greunenberch miles cum progenitoribus suis. Item domina Elizabeth Schonenkellern. Item dominus Alffardus prior in Monchusen. Item frater Ulrichus conversus Feiburgi. Item dominus Petrus de Buronio monachus domus cartusie. Item Alexander von Osche factor ordinis. Item anniversarium Schegkebirli et Margarete uxoris specialiter cum Elise matris eiusdem Margarete cum suis. Item anniversarium etiam currit cum aliis in quatuor angariis.

14 *B. XVIII Kalendas Eusebii confessoris. Abstinentia. Missa.*

Septembris. Obiit papa Sixtus secundus. Item anniversarium Agnetis Strömlin matris domini Martini Ströwly huius domus professi una cum suis maritis liberis et progenitoribus. Item magister Johannes Kirchberg canonicus sancti S. junioris Argentineris. Item dominus Johannes prior Vallis sancti Petri. Item dominus Karolus Alamandi. Dominus Karolus Alamandi miles Tesiliensis. Item dominus Petrus monachus professor domus Argentine. Dominus Bruno prior in Gemico visitator Alamanie superioris.

15 *C. XVIII Kalen. Assumptio Marie virginis. Candelarum. Sermo.*

das. Anniversarium Alti Eberhart benefactoris nostri et uxoris eius et suorum. Item domine Agnetis Spengleryn et maritorum eiusdem scilicet Jacobi et Petri et suorum. Item domini Henrici de Tudeis Schabiri Coloniensis cum uxore sua Ermagardi. Item anniversarium domine Agne Ludin mariti filiorum et aliorum pro quibus desideravit. Item obiit reverendus pater dominus Johannes abbas sancti Pantaleonis ordinis sancti Benedicti in Colonia, dudum prior Coloniensis atque visitator nostre provincie per prius. Item Otto de Hauentria. Item dominus Hugo visitator Francie. Item domina Elizabeth regina Castellae. Item dominus Jacobus de Bron episcopus Cameracensis et idem illustrissimus dux et comes Cameracensis, qui in domo Bruxelle unam cellam fundavit et multa beneficia contulit.

Stemmanniversarium Petri Wolffer mercatoris
Basiliensis magni benefactoris nostri et suor-
um pro quibus desideravit, quod quater in anno
fieri affectavit, peragitur in officio mensis duodecimo
eae gratia.

- stus.

D XVII Kalen. Obiit dominus Johannes Kadini vicarius
 das monialium domus Salutarum, pertinet ad
 diem sequentem. Item domina Katherina
 ducissa Dixer. Obiit frater Johannes Hüfer convec-
 sus et professor domus nostre. Item Meister Jörg Mey-
 er sutor et domina Barbara Hecklerin conthoralis
 ipsius cum parentibus ipsorum. Domina Margareta
 von Beringhen. Obiit frater Conradus redditus ac co-
 quinarium domus Friburgi.

E XVII Kalen. Obiit dominus Johannes prior Sancti
 das Ludovici. Item dominus Johannes de Treu
 prior Bonipassus. Item dominus Henricus Hall
 vicarius Friburgi. Frater Joannes Seratoris convec-
 sus domus Fortemontis.

F XV Kalen. Agapiti martyris. commemoratio 18.
 das. Obiit dominus Conradus episcopus Ebro-
 nensis, qui consecravit nostram ecclesiam cum tribus
 altaribus. Item domina Edelheydis de Eptingen
 magna benefactrix domus cuius beneficia alibi habentur
 et pro quibus desideravit. Item dominus Petrus
 cardinalis sancti Angeli. Item dominus Johannes
 Bueck monachus domus Antwerpie. Item domi-
 nus pater Seycestric monachus domus Beatis Dei
 prope Londonias. Item dominus Henricus de Co-
 lonia monachus professor huius domus. Item domi-
 nus Alexander papa sextus. Item Melchior senior
 et sacerdos professor domus Friburgi.

Augu =

19 G XIV Kalen. Obis Sanctissimus dominus noster domi-
 das. mus Sixtus papa quartus. Item Christianis-
 simus dominus Fredericus imperator tertius.

20 A XIII Kalen. Bernardi abbatis. Capitulum non conversis
 das. Obis dominus Borsius sine Mutine fun-
 dator domus Ferrarie. Item dominus Ferri-
 cus monachus domus Vallis benedictionis.
 Item Baldewinus Drinckbecker. Item do-
 minus Durandus Traiseti mercator.

21 B XII Kalen. Obis dominus Johannes Hachenberg prior
 das. domus Confluentie montie Reri visitator.
 Frater Melchior Halb conversus domus
 Portemontis.

= stus.

C XII Kalen. Octava assumptionis Marie. XIII lectio. 22
 das commemoratio.

Obiit dominus Reynerus de Brugis vicarius
 domus prope Dyest. Item domina Mechtildis
 archiducissa Austriae magna benefactrix
 domus Boni Lapidis. Dominus Geel Brüing
 magnus benefactor domus Besalie. Item frater
 Dionisius Hiltprant conversus domus huius.

D I Kalen. Obiit dominus Humbertus Kolerii prior do. 23
 das mus Siligniaci. Anniversarium domini
 Frederici de Quarletis legum doctoris et domus
 ne Margarete de Tierstein sue uxoris cum
 parentibus et omnibus suis et specialiter cum
 domicello Jacobo Waltenheim. Item domi-
 na Elizabeth regina Portugaliae. Frater Elerus
 Sordebeen conversus professor domus Taxis
 Dei.

C IX Kalen. Bartholomei apostoli. Capitulum. 24
 das Dominus Laurentius Prior prior domus
 Montis sancti Ludovici prope Nonionum.

Augu =

25 *F* VIII Kalen. Obiit dominus Desiderius de Cito monachus
 das. professor domus Cartusie. Magister Johannes
 Studien canonicus Mechlini... Dominus Thomas
 Lochepuirlin civis Basiliensis cum Anna uxore
 sua ac liberis eorundem et pro quibus desideravit,
 qui etiam propter beneficia sua habet participationem
 officii mensis quater in anno circa angarias, prout
 laicus habetur in libro benefactorum. Frater Joan-
 nes Phil conversus professor et cellerarius domus
 Fortemontis.

26 *G* VIII Kalen. Obiit dominus Johannes prior Erbi-
 das. politanus. Item dominus Bernardus pro-
 curator Friburgi. Item Henricus Sturmer et Agnes
 uxor sua. Item dominus Eustachius monachus
 cartusie. Item Hermannus novitius Argentine.
 Item frater Bertoldus conversus Argentine. Item
 alius Bertoldus conversus Argentine. Item dominus
 Jacobus Bacharach monachus Friburgi. Item
 dominus Johannes Moosy. Item dominus Phi-
 lippus de Sancto Kubare monachus cartusie. Item
 Martinus Sistor Traiecti et Katherina uxor
 eius. Item domina Margareta Monchyne.
 Item dominus Petrus de Metis prior domus
 Kallisbone. Item dominus Johannes Strene-
 kove vicarius domus Corone Marie in Tame-
 rania. Item domina Margareta Lippens.
 Item dominus Johannes Comitis. Item Eliza-
 beth Cornelii. Item dominus Johannes Pot mo-
 nachus professor domus Argentinensis.

27 *A* III Kalen. Reverendus pater dominus Petrus
 das Ruffi prior maioris Cartusie. Dominus
 Nicholaus Schachtli monachus professor
 et sacerdos domus Fortemontis. Item
 frater Alricus donatus et coquinarius eius-
 dem domus.

= stus.

B V Kalen. Augustini episcopi. Capitulum non conversis.
 das. Hermetis martyris. Commemoratio. 28

Obiit dominus Henricus Amici de Bruxella magister in
 artibus et doctor in medicinis schisicus civitatis Basiliensis.
 Item dominus Martinus Kainli vicarius domus Vallis
 Jesu Christi. Item dominus Laurentius de Caioga mo-
 nachus domus prope Neapolim. Item dominus Petrus
 Memminger senior monachus domus Argentinerensis. Et
 item dominus Waltherus Ror de Argentina monachus pro-
 fessus domus Portemontis prope Bernum. Item domi-
 nus Petrus de Lindelo secretorum doctor ecclesie Basili-
 ensis cappellanus et prepositus in Lutterbach singularis
 promotor domus. Item doctor Johannes Helrnich de-
 canus Coloniensis. Domina Ursula Turrimex civis
 Nurembergensis magna benefactrix domorum Uttingen et
 Lantuse.

C IV Kalen. Decollatio beatissimi Johannis baptiste. Capitulum.
 das. Sabine martyris et virginis. Commemoratio. 29-

Obiit dominus Johannes Merck de Murrdrichingen mo-
 nachus et sacerdos domus huius. Item dominus Walthe-
 rus vicarius domus Marie Annunciate. Item dominus
 Bernhardus prior in Herbipoli. Item Petrus Treno et
 Francisca uxor eius. Item dominus Henricus de
 Sypffen monachus professor et antiquus vicarius do-
 mus Portemontis.

D III Kalen. Felici et Adolphi martyrum. 30

das. Obiit serenissimus dominus Ludo-
 vicus rex Francie. Item dominus Johannes Compers-
 bergno monachus professor domus Nouisripoli. Frater
 Theonimus conversus domus Argentine.

E II Kalen. Obierunt dominus Henricus rex Anglie. Et 31

das. Item dominus Thomas episcopus Hygoriensis
 magnus benefactor domus cum parentibus ac omnibus suis.
 Item quidam cognominatus Schlüßerhorn, qui obiit in
 negotiis nostre domus ad Cartusiam nuntius directus.
 Item dominus Johannes Wyninger procurator domus Porte-
 montis. Item dominus Henricus Lindemann de Yonaco,
 monachus domus Portemontis. Item dominus Joach-
 Hospitis monachus professor et procurator domus Cartusie.

Officium
mensis.

Sept.

- 1 *F* Kalende Obiit dominus Ulrichus comes de Viertelberg
Septembris. fundator domus Bonilapidis. Item Agnes
Ottenbergin apud nos sepulta. Dominus
Vincentius Galeota episcopus Squillacensis.
- 2 *IV* Nonas. Obiit dominus Emericus comes palatinus
regni Ungarie.
- 3 *III* Nonas. Obiit dominus dux Mediolanensis. Item
prior crucis in Roma. Item Greta Dattelfs-
husen. Item dominus Henricus prior Fri-
burgi. Item dominus Conradus Wickers
monachus Friburgi. Item dominus Johan-
nes Gryffenberch prior cartusie. Item do-
minus Philippus monachus cartusie. Item
dominus Petrus monachus cartusie. Item
dominus Bernardus de Fabrica monachus
Vallis Jesu Christi. Item Greda Bössper de
sancto Leonhardo. Item illustris domina
domina Katherina soror ducis Uinensis
Item dominus Paltazar Keller vicarius
domus Friburgensis. Item dominus Pe-
trus Hailini. Item domina Cecilia de
Harnellen. Venerabilis dominus Dida-
cus Sereno scriptor apostolicus et abbas sanc-
te Columbe magnus benefactor ordinis.

= tember.

B II Nonas. Obiit domina Maria regina Arragonum. 4
 Item dominus Vesianus fundator domus
 prope Villam francham. Item dominus
 Dionisius prior Portenordis. Item domi-
 na Anna vidua.

C Nones. 5

D VIII Idus.

Sept.

7 E III Idus. Abstinentia.

Obiit domina Katherina Junquera civis
 Magnae Valentie. Item dominus Ludovicus Sacrista
 domus Hildesemensis. Item dominus Erhardus
 Gross monachus domus Nurembergensis. Item reve-
 rendissimus dominus Montisregalis presbiter cardi-
 nalis. Item dominus Johannes episcopus Landaa-
 nensis. Dominus Egidius de Trielis monachus
 professor prope Diest. (Frater Egidius Mevens donatus
 domus Gandavi). Dominus Philippus Widerbode
 monachus professor Londoniarum. Frater Petrus
 cellerarius domus Portsmontis. Dominus Olseum-
 der monachus professor domus Portsmontis et ibidem
 multis annis prior. Dominus Guido senior domus
 Argentore.

8 F VII Idus. Nativitatis Marie virginis. Candelarum.

Obiit dominus ^{16.} episcopus Lunnanus Sermo
 Franciscus. Item dominus et magister Robertus
 Galyon. secretarius domini episcopi Londoniarum
 sive cancellarius apud nos sepultus. Item magister
 Johannes Tinari secretarius domini cardinalis
 Arlatensis. Item dominus Raphael prior domus
 sancte crucis in Roma. Item frater Jacobus ^{16.} Kniff-
 hart de Appenzell conversus domus huius.

9 G V Idus. Gorgonii martyris. commemoratio.

=tember.

C. IV Idus. Domicellus Morandus de Brunno singularis 10
 rei benefactor domus qui etiam participatio.
 nem habet in officio mensis. Frater Leon-
 hardus conversus domus Triburgi.

B. III Idus. Prothi et Tacincti martyrum. com- 11
 memoratio.

C. II Idus. Obiit dominus Paulus prior domus pro. 12
 pe Lübeck in Saxonia maritima. Item
 domina Margareta Baldervini. Item
 dominus Hugo Bleot monachus domus
 Capelle Marie. Dominus Gerhardus Pa-
 tin prior domus Vallis viridis prope Pa-
 risius. Item magnificus dominus Mi-
 chael Torero magnus benefactor domus
 Scale Dei.

Circa angariam crucis pitantia fundata est a do-
 micello Thoma Tscheykberli habente participa-
 tionem cum anniversariis occurrentibus.

Item una alia pitantia fundata est circa pre-
 sentem angariam propter anniversarium domi-
 celli Jacobi Nagel von der alten Schönstein balini
 in Röttelen et domine Margarethe Tscheyka
